

J. J. R.

magnifice ac celeberrime,
 Sautor Suspicione

Quamquam elegantissimum librum de deo Sarauino, statim a
 publicatione, mihi miserat Schlickius: adeo tamen vicit ipsius
 AVCTORIS EXCELLENTISSIMO munus, ut prius illud exemplum
 statim alteri cuidam donarem, ac totum me teneret beneficium
 illud D. J. M., aequae ac benignae commentationum percensio. licet
 autem ignorem, quibus modis vel hoc aere soluar, nihilo minus im-
 prudentem me quasi facit necessitas. Argumentum de senibus
 in ill. Rutheno doctoribus mihi continuaturo J. C. Zoffius, antistes
 olim Geranus, occurrit; cuius in tutam posteritatem simul nomi-
 nare cupio. Duplici nomine miscetur gens J. C. cum beatissimus
 Buddeus priorem coniugem Posneriam, posteriorem Zoffiam ha-
 buerit. Correctoris olim et hinc in aula Gerana diuinitum dogmatum
 interpretis de familia mecum non nihil communicauit ami-
 cissimus et candidissimus senex Schoeberus. Ibi celeberrimam
 gentem VESTRAM, quod et opipatus eram, a natu Zoffia deducit.
 Ego vero, funebria carmina legens, Annae Catharinae, natu Kre-
 schiae, praeniciae, d. XXIII. Maii MDCCXXVII. defunetae, conse-
 crata, Walehianam eorum carmini singulari subscriptam
 inuenio, sed, in indice Schoeberiano, nique fallor carmine quodam,
 in alio Jo. Frid. Buddaeum nepotem;

nuptiali, beatam auiam demum cl^o b^o ccxvi. d. III. Aug. nuptias celebrasse
 (quae cum ita sit, fieri nequit, vt, anno undecimo post, nubitem vel nuptiam
 filiam habuerit, quam singulatim procancellarius Gothanus aetate iam
 praecesserit. Inde nescio, num, in anno nuptiarum, an alibi, latea
 error? Ignoro pariter, num prior coniux immortalis Buddei (cui
 dedicatam prolusionem funebrem me possidere recordatus, frustra
 quae suu) omnino sine subole decesserit; quodque de posteritate
 procancellarij Gothani sit statuendum, vel quo Vinariensium Bud
 yana familia pertineat. Praeterea, coniux prior venerabilis aui
 sororem habuit, Ge. Rud. Boehmio nuptam; cuius nomen nec
 apud Teumerum nec alias reperere. Nemo, vel hic, potius erudi
 re me poterit, quam *D. V. R. SATIENSISSIME*, Vides
 ergo, quid me reddat audaciorum. Ne vero triplicem pro
 sam temeritatem, neque verbum addo, praeter pia
 te *SVSS*que vota, mei meorumque commendationem,
 ac fiduciae de gratia *SVSS* securae, significationem
 Scrib. Gerae Cal. Aug. D. R. A. cl^o b^o cclxxvii.

VR magnifice ac celeberrime

Incluti nominis *SVSS*

perpetuus cultor
 Jo. Gottfr. Hauptmann.
 Director Gymnasij